

Vsq̄uequo Domine auertis in finem? In his, & similibus oratio reddit integrum seipsum, & completa fit; at verò solum in presenti. Cum ait, *Anima mea turbata est valde.* Oratio manca consistit, ac veluti pendula manet. Dicebat, anima mea turbata est valde timore, ac terrore presentis mali, ac futuræ pœnæ. Ut explicant D. Gregorius, Cassiodorus, Bruno, Dionysius, Richardus, Ludolphus, & alij cum Lorino. Vatablus sic legit: *Anima mea territa est vehementer, sed tu Domine, quousque?* Ipse erat timore perterritus, ac proinde cum incepisset loqui illico illius fauces interclusæ sunt, lingua adhæsit, & os compressum est, vt orationem non perficeret, nec illi finem daret. Lyranus: *Modus loquendi, ait, est decurtatus: sicut homo anxians, & territus non profert suam intentionem completè, sed truncatè.*

QVÆSTIO IV.

Quare in Pharisei domo curatur Hydropicus?

20. **D**ERAT Hydropicus in domo Pharisei, vel quia eius notus, seu familiaris erat; vel quia introductus est ab alijs Phariseis, vt Christum obseruarent, nunc rationem moralem quero. D. Gregorius lib. 14. moralium, cap. 6. *Quid est ergo,* ait, *quod ante Phariseum hydropicus curatur: nisi quod per alterius agriuidinem corporis, in altero exprimitur agriuidine cordis.* Hydropicus suo morbo corporis denotabat morbum animi Pharisei, in cuius domo erat, per eum, quem quisquis habet in domo, vel cum quo associatur, eius animus patefit, ac declaratur.

21. Ab nomine Græco *Hydor*, id est aqua, hydropicus dicitur, quem humor aqueus, siue aqua intercus vexat. Appellatur verò aqua intercus, quia inter carnem, & cutem est. Dionysius Carthusianus ait, quòd hydropicus septem suis proprietatibus septem capitalia vitia denotat. Prima proprietates est tumor corporis, & membrorum, per quem significatur superbia. Iob 15. num. 13. *Quid timet contra Deum spiritus tuus?* Secunda proprietates est compressio spirituum, per quam significatur inuidia, quæ aliorum laudabilia comprimit, ne pandantur, ac manifestentur. Tertia est ardor sitis, quæ designat auaritiã. Quarta est, indigestio humorù, quæ iram significat. Quinta est pigritia, seu tarditas pedum, per quã notatur accidia. Sexta inextinguibilis sitis gulam innuit, quæ omnia deuorat. Septima luxuria est, quæ per insatiabilem sitim adumbratur. Hugo: *Per hunc,* scilicet hydropicum, significatur, ait, *luxurius, quia sicut hydropicus, quanto plus bibit, tanto plus sitit, ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit.* Meritò luxuriosi cum hydropicis comparantur; nam sicut in hydropico appetitus aqua non mitigatur, sed magis accenditur; ita etiam, qui se luxuriæ tradit, libidine non quiescit, sed illa magis inflammatur. Vide suprã cap. 15. quæst. 7. num. 49.

22. Quæ omnes proprietates communiter Patres auaro adaptant. Primò, quia eius cupiditas, veluti aqua est fluxa. Secundò in hydropico aqua sitim accendit. Cupiditas, & auaritia, ait D. Augustinus lib. 2. quæst. Euangel. quæst. 29. indulgendo accenditur, resistendo extinguitur. Terriò hydropicus inducit tumorem, sed aqueum, sic diuitiarum co-

pia facit diuitem superbum, ac inflatum, sed ob opes fluxidas, & minimè consistentes. Quartò compressio spirituum, quia auarus omnia ad se congregat, comprimit, ac claudit. Quintò indigestio humorum, auarus habet opes indigestas, nescitque eas distribuere in pauperes & egenos. Sextò, vt ait Glossa. Ex putrida aqua fetorem emittit hydropicus, sic & auarus ex sua cupiditate, ore, loquela, ac toto corpore fetorem exhalat. Septimò, vt ait D. Gregorius citatus: *Hydropicus, quo amplius biberit, amplius sitit, & omnis auarus ex potu suum multiplicat, quia cum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius, & amplius anhelat.*

Narrat Scriptura generationes Noë, ex nepotibus à filio eius Iaphet, ait: *Ab his diuise sunt insule gentium varijs in regionibus,* Genes. 10. num. 5. Amplissima, ac vastissima latitudo terræ erat in possessione hominibus data ad Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem. Homines tunc pauci, & rari inueniebantur in mundo, & fortè vix tunc numerum centenarium expleuerant; quomodo pauci homines tanto terrarum ambitu ac spatio non conuiescunt, sed veluti profi- lientes terminos, quos natura præscriperat, multo suo labore naues conficiunt, mare nauigant, & varias insulas occupant; aded terrarum est auida humana natura, vt tanta terrarum amplitudine Orientis, Occidentis, Aquilonis, ac Meridiei non sit satiata, sed veluti multa penuria famescens mare sit ingressa, multasque insularum terras quarat, & indagitet. D. Ambrosius lib. de Noë cap. 33. *Non his, ait, diuitijs contenti sunt diuites, quæ in manibus, & conspectu sunt, sed longè, lateq̄ diffundunt suas cupiditates, dum aut pecuniarum compendium, de vberioribus queritur, aut potestas diffusior, aut cupiditas.*

Hinc idem D. Ambrosius lib. de Elia, cap. 19. arguit homines per mare nauigantes. *Quis vos, ait, homines nauigare compellit? Mare non ad nauigandum fecit Deus, sed propter elementum pulchritudinem latius pelagi fudit aquora, certè vt freta includeret terras, ne longius tu vagus, & exul errares. Piscibus dedit non hominibus perambulare semitas maris. Ad escam tibi mare datum est, non ad periculum. Cur tibi periculum generas de voluptate? Cur inquietas mundi aliora secreta? O inexplēbilis auaritia mercatorum!* Inexplēbilis hominum cupiditas terminos naturæ inuertit; Deus dedit hominibus terram, mare verò piscibus, homines verò sua sorte non contenti mare à piscibus nolunt arripere, in illòque dominatum habere; & mare, quod concessum est ad voluptatem, ac ad escam, ipsam voluptatem homines contemnentis pericula non metuunt, vt maiora sibi acquirant.

De Iudæorum principibus ait Isaias cap. 2. n. 7. *Repleta est terra argento, & auro, & non est finis thesaurorum eius.* Solum illud, quod est infinitum caret fine, & termino, nulla humana potestas continet sub se infinitum, hoc tantum vt proprium sibi retinet diuina potentia; quomodo ergo subsistere potest id, quod ait Propheta: *Non est finis thesaurorum eius.* Pulchrè D. Hieronymus ibi: *Non est finis, ait, thesaurorum eius, non quod thesauri finem non habeant, sed quod possidentium animus non impleatur.* Esto licet sit ingens diuitiarum copia, adhuc animus non adimpletur, sed vt satiatur, veluti finem non habet. D. Augustinus lib. de salutaribus documentis, cap. 30. *Auarius, ait, inferno est similis.* Infernus enim quantoscumque deuorauerit,

Glossa. *Sitit auari non extinguuntur.* Gregor.

23. Genes. 10.

Auarum nulla terrarum vastitate acquiescit.

Ambros.

24. Ambros.

Humana cupiditas suis terminis non est contenta.

25. Isai. 2.

Hieron. *Auaritia nullo fine, ac termino continetur.* August.

uerit, nunquam dicit: satis est. Sic etsi omnes thesauri confluerint in auarum, nunquam satiabitur.

QVÆSTIO V.

Quare manifesta Christi virtutis iniqui Pharisei sunt obseruatores?

26. Remigius.

Rom. 16.

Luc. 14.

Bernard.

27.

Ingratus ex beneficio detrahit.

28.

Vitiosi de iustis, ac sanctis detrahunt.

29.

Nulla euidētia miratur odium.

30.

Genes. 37.

DIVVS Remigius in Epistol. ad Philipp. c. 3. num. 18. aduertit. Hoc verbum, quod est *obseruare*, varias obtinet significaciones. Aliquando significat declinare, & cauere. Obseruare eos, qui dissentiones, & offendicula faciunt. Rom. 16. num. 17. *Idest declinate ab eis, aliquando insidias moliri.* Et ipsi obseruabant. Luc. 14. num. 1. *Idest insidias tendebant.* Aliquando imitari, vt citato loco ad Philipp. *Obseruare eos, qui ita ambulant: idest imitamini tales.* Ac proinde iuxta Remigium. *Obseruabant, idest insidias tendebant, seu vt dixi in expositione, presentato hydropico Pharisei erant explorantes, an in die Sabbati ægrum sanasset? Quo ipsi falso existimabant Sabbathum violari.* Præclare D. Bernardus relatus à Carthusiano, ait: *Christus in factis passus est obseruatores, in dictis contradictores, in tormentis illusores.*

Respondeo primò. Pharisei maximè debebant gratulari Christo Domino pro tanto beneficio in eos impenso, vt Dominus dignaretur cum eis adesse in conuiuio, vt summo bono, nempe eius colloquio, ac presentia fruenterentur, & tamen illi ex tanto beneficio anam suæ malevolentia artipientes, ingrati facti contulerunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Vide supra cap. 12. num. 74. 75. 76. & 77. & cap. 17. num. 105. 106. & num. 107.

Secundò. Præclara Christi virtus etiam minima suggillationis vmbra omnino immunis, ac experta erat; Pharisei omni spurcitia pleni, & facta Christi audent obseruare, vt detrahant, ac arguant eum, sic sane frequenter euenit, vt qui multis defectibus abundant, in viros sanctitate, ac probitate illustres aperiant os suum, & eos omni affectu corrodere, ac calumniare nunquam cessent. Vide supra cap. 3.

Tertiò. Valde nota erat Christi sanctitas, virtus, ac beneficentia in omnes, neminique iniuriola, ac nociua, & tamen Pharisei odio, ac inuidia æstuantes, eius dicta, & facta obseruant, vt eum murmuratione, ac accusatione persequantur. In tam eximia Domini probitate, in tam præclarâque eius beneficentia, quæ poterat esse calumniae ratio? Nulla sane, tamen tanto odio obeatur inimicorum animus, vt nulla euidētia factorum flectatur, sed potius magis obdurefcit, ac in sua nequitia obstinatior euadit.

Narrauit Ioseph Patri, ac fratribus suis se somniasse vndecim manipulos circumstantes adorasse manipulum suum, & iterum per somnium se vidisse solem, lunam, ac vndecim stellas eum adorare; ex quo fratres magno odio, ac inuidia concitati contra eum, ac si illis somnijs præfiguraretur eorum futurus rex. Cum verò postea fratres pascerent greges suos in Sichem; Ait Iacob Ioseph: *Vade, & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora.* Genes. 37. num. 14. Constituitur Ioseph internuntius inter Patrem, & filios, vt è patre ferat nuntia ad filios, & è filiis ad pa-

trem. Iacob vir valde opulentus, multa seruorum copia abundabat, cui huiusmodi nuntia per aliquem seruorum suorum non iubet, cur patitur dilectissimi sui filij conspectu priuari? Cur cum tantis periculis, quæ facile vni puero per campos, & agros obueneri poterant? Tamen his omnibus prætermittis mandat Iacob, vt ad fratres pergat? D. Chrysoptom. homil. 61. in Genes. *Hæc omnia facta sunt,* ait, *vt & Iosephi erga fratres monstraretur beneuolentia.* Cognoscebat Iacob, quod filij eius oderant fratrem suum Ioseph, quia in somnis eorù futurus rex designatur. Ordinari prudens senex, vt ipse Ioseph tanquam famulus eis ferat nuntia, ac ministret, vt fratres suismet oculis videant, quod tantum abest vt Ioseph sit illorum Dominus, cum tanquam seruis eis obsequia præster; at tanta euidētia eorum odium quieuit; Minimè; sed potius maximè inflammati, dixerunt videntes eum, *Ecce somnior venit. Venite occidamus eum.* Tam aperta euidētia non mitigatur odium, sed magis accenditur, vt eum interficere disponant.

Egressus Dauid à spelunca clamans ostendit Saul oram chlamidis, quam ei præsciderat, in magnæ occasionis testimonium, qua eum potuit occidere, aitque ei: *Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: sed pepercit tibi oculus meus.* 1. Reg. 24. n. 11. Ecce Rex aperte oculis tuis vides quantum distat à meo animo, vt te interficiam, hodie enim facile hoc poteram perficere, abstinui tamen me; At Saul tanta euidētia exposita, in quid perumpit? Ait ille: *Iura mihi in Domino ne deas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.* Ibidem. num. 12. Si animus Dauid tam euidenter est apertus, vt tibi nullum inferat malum, cur ab eo iuramentum exquisit de nullo nocumento infligendum? Cum animus Saul feruesceret odio in Dauid, inde factum est, vt nulla rerum manifestatione sibi persuaderet Saul, quod Dauid eius esset amicus, illiusque animus erga eum placatus, sed habita tam euidētia amicitia demonstratione, tunc Saul obstinatior factus, eum tanquam inimicum reputat, ab illòque amicitia iuramentum extorquet, ne in ipsum, ac semen eius malum aliquod moliat. Abulens. quæst. 28. *Saul fecerat,* ait, *multa mala Dauid, propter quæ merebatur perire ipse cum toto genere suo, putauit ergo, quod cum Dauid regnaret, recordaretur malorum infligendorum sibi à Saule, deleretq̄, eius progeniem.*

Luc. 14. n. 3. Et respondens Iesus dixit ad legis peritos, & Phariseos, dicens: si licet Sabbatho curare?
Nym. 4. At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit.

VERSIONES.

Græcus. Et intuens Iesus.
Syriac. Arab. Dixit Scribis, & Phariseis: licetne Sabbatho sanare?
Syriacus n. 4. Etprehendit eum ipse, ac sanauit eum, dimisitque.
Arius Montan. Apprehendens sanauit eum.
Arabicum

Chrysoft.

Frates obsequia euidētia interficere conantur.

31.

1. Reg. 24.

Saul demonstratione animi Dauid obstinatior.

Abulens.

Arabicus. Ac dimisit eum.

EXPOSITIO II.



Respondens Iesus. Ipse Iesus eorum cogitationes, ac obseruationes in- tuebatur, indeque respondit, vt inquit Beda, Aymon, non ad uocalia uerba, sed ad cordis cogi- tata. Dixit ad legisperitos, quorum erat scire, quae ad legem, ac iura spectabant. A legisperitis iudicium legis querit, vt Glossa ait & Phariseos, qui multu praesumebant de rigida legis obseruatione. Si licet Sabbatho curare? Querit an inter opera, quae Sabbathum uolabant, hominis sanatio inclu- datur? Non quia ignoret, sed vt simulata igno- rantia efficacius Diuinus Magister instruat, ac do- ceat ignorantes. Vide supra cap. 4. num. 58. Deinde etiam vt eorum errorem tolleret, haecque praeco- cupatione excludat calumniam, ne impii obser- uatores miraculum corrodere audeant. Similem. quae est. proposuerunt prius Iudaei Christo Domino Matth. 12. num. 10. Et vnde responsione ibi Domi- ni confusi, quae questionem hic repetere non sunt ore ausi, sed tantum mente uolebant, Christus Dominus eam illis obiicit, vt eorum prauas inten- tiones, ac obseruationes reprimat, ac confutet.

At illi tacuerunt. Respondere non sunt ausi, ne si id negarent efficaciam argumentoru Christi refu- tareretur, ad quae ipsi respondere non possent. Nam vt ait Euthym. Nec enim lex id fieri prohibebat, & charitas persuadebat fieri. De hac eorum taciturni- tate dicam quae 8. Ipse uero apprehensum sanauit eum. Seu apprehendens. Contempto, vt notat Theophylact. Phariseorum scandalo de curatione in Sabbatho, quod non ex ratione, sed ex eorum malitia nascebatur, aegrotto, ac egeno beneficit, docens propter iniquorum scandalum bona opera non esse omittenda. Sanauit eum. Non solum uerbo, sed etiam conactu manus suae sanauit eum: arefecitque illam aquarum copiam, qua homo turgebat; dimisitque eum. Iussit abire. Primum vt hominis motus, & incessus restitutam sanitatem, ac miraculum testaretur. Secundò. Ne eo apud se retento ad offensionem seruire uideretur, à qua humilitatis magister longissimus distabat. Tertio. Vt homo recederet ab iniquorum consortio, nam cum esset recenter etiam in anima sanatus, ne quid ex eorum contagione mali pateretur.

QUESTIO VI.

Quare indecisa questione facta de obserua- tione Sabbathi Christus Dominus Hydropicum sanat?

VM Christus Dominus uidisset cogitatio- nes Phariseorum obseruantium eius opera dixit ad ill os, si licet Sabbatho curare? Bene notat Theophylactus. Arguit, ait, insipientiam eorum, qui reprehensuri erant. Ideoq. interrogat. Licetne Sabbatho sanare? Nonne manifeste irridet eos vt in- sapientes? siquidem cum Deus Sabbathum benedixe- rit, ipsi benefacere prohibent in eo, & per hoc faciunt omnino maledictum. In Phariseos redargutione ituehitur Dominus, non dure, sed leniter, ac fi- gura quadam, ne reprehensione impudentiores enadant; simulque eorum insipientiam irridet,

eum diem Sabbathi quem Dominus benedixit, maledictum faciant, cum eum omnis boni operis vacuum esse uelint. In primarum creatione. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, quia cessauerat ab omni opere suo. Genes. 12. num. 3. Nulli aliorum dierum benedictionem largitus est Dominus: nisi tantum diei septimo. Cur non il- lum diem benedixit, in quo hominem formauit, vel in quo solem, & lunam, ac stellas creauit? Solum diei septimo, & non aliis diebus benedi- ctionem confert Dominus, nam operatio in illis exhibita pro benedictione erat, eosque benedi- ctos redderet; at dies septimus, ne otiosus, ac infelix haberetur, tanquam nullo opere ditatus, benedictione ditauit. Procopius. Ne quis, ait, vt inutilem diem eam auerferet, & abominetur qua- si nullo opere digna à Deo sit habita, sicuti eos dies deteriores arbutantur, in quibus nihil sit operis; me- rito subiecit, & benedixit Deus diei septimo.

Præsens tamen difficultas est, quod cum Do- minus praeposuisse Phariseis quaestionem de ob- seruatione Sabbathi. Si licet Sabbatho curare? Con- sequens erat, vt de illius religione aliqua diceret, sed quaestione irresoluta salutem homini confert. Ipse uero apprehensum sanauit eum.

Cui quaestioni recte respondet Sedulius lib. 4. Paschal. cap. 13. Vidit hominem, ait, falso crassiu- dinis tumore distentum, cuius aqua redundante perspicuus uisus putabatur esse maties ubiq. domina- ta totum hydropem in aluum iurgidam congrega- bat. Non tulit mundi Pater hanc speciem se praesente, consistere, suaq. Sabbatha, quae tunc aderant, non curauit, hominem festinans curare, quem suum ma- gis esse desiderat. Duo se offerebant in praesenti, Sabbathi religio, & hominis salus, tamen pmo praetermisso ad salutem hominis citius festinat. Cur curationem hominis non differt tantisper, vt de religione Sabbathi sibi consecrati differat? Vt ostendat hominibus, quod magis suum erat, ma- gisque ad ipsum spectabat hominem miserum sa- nare, à suaque miseria eripere; quam ipsum diem Sabbathi tanto cultu sibi consecratum obseruare.

Intrauit Iesus Nazareth in Synagoga: Expli- cauit de se locum Isaiæ 61. num. 1. Spiritus Domi- ni super me: propter quod unxit me Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, predi-icare captiuus remissionem, & caecis uisum, &c. Luc. 4. num. 18. Ait Christus se esse missum à Patre ad Euangelizandum pauperibus, & dandam re- missionem captiuus, uisum caecis; & tamen Chri- stus Dominus passim se dicit missum à Patre ad Deum glorificandum. Vt glorificetur Pater in fi- lio. Ioan. 14. num. 13. ad Patrem loquitur Christus.

Ego te clarificauit super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam. Ioan. 17. num. 4. Si Christus unctus est sanctitate Vnionis hypostati- cae, ac gratiae, missusque est ad dandam salutem, ac uisum hominibus, quomodo se dicit missum ad Patrem clarificandum? Cum de hominum sa- lute agit; ibi potissimum de glorificatione Patris est negotium, eximia Patris clarificatio, maxi- mumque illius opus; opus tuum consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: id est hominum salute & uita; ergo cum sit missus ad Patrem clarifican- dum, recte se dicit unctum, ac missum, vt ho- mines caelestibus bonis ditaret. D. Ambros. Vni- uersaliter ungitur, ait, oleo spirituali, & uirtute caelesti, ut paupertatem conditionis humana thesauro resurrectionis rigaret aeterno.

Secundò ad eadem Sedulij uerba. Sua Sabbatha, quae

Genes. 2.

Dies otiosa, ac opere uacua indecora

Procopius.

35. Difficultas quaestiois.

36.

Sedulius.

Hominem sanare maxime propriu opus Dei.

37.

Luc. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Solus nobis Deiglorifica- tio.

Ambros.

QUESTIO VII.

Quare eodem uerbo utitur hic Euangelista ad explicandam hominis sanitatem, ac Paulus, cum de mysterio Incarnationis ageret?

DE hydropico ait Euangelista, quod Chri- stus Dominus Apprehensum sanauit eum: pote- rat Dominus hunc hominem solo uerbo sanare, vt curauit puerum Centurionis. Matth. 9. num. 31. tamen uoluit ipsum tactu curare, vt ostenderet, ait Maldonatus, se non solum ut Deum, sed etiam ut hominem uim curandi habere, humanitatem- que suam instrumentum esse Diuinitatis ad multa miracula, ac mirabilia facienda.

Quaestio praesens est, cur Euangelista narrans sanitatem huius hominis. Non ait, quod Chri- stus tergit eum, nec quod ipsum asumpsit, sed quod illum apprehendit? Apprehensum sanauit eum. Quo uerbo uisus est Paulus, cu de Incarnatio- nis mysterio uerba faceret. Nusquam Angelos ap- prehendit, sed semen Abrahae apprehendit. Ad He- brae. 2. num. 16. Vim illius uerbi Apprehendere, explicans Chrylostom. ait. Verbum apprehendi metaphoram habet sumptam ab eo, qui magno studio sequitur aliquem, omniaque facit, vt fugientem occupet, & teneat, nos fugiebamus à Deo, ipse nos insecutus est, & uelut iniecta ma- nu apprehendit nos, nec passus, est perire.

Respondeo primò ex Etymologia uerbi Ap- prehendere. Nam hydropicus multis abundabat uitiis, ut explicauit quae 4. illisque à Deo maxime fugiebat, Christus Dominus efficacia suae gratiae eum uehementissime tenuit, ac apprehendit, ad seque reducit. Secundò. Deus pro remedio, ac sa- lute humanae naturae eam apprehendit, ut ait Paulus. Semen Abrahae apprehendit. Cum autem hunc hydropicum Christus manu caperit, eumque ad se trahit, ut illi salutem donaret, eodem uer- bo utitur Euangelista, apprehensum sanauit eum; vt denotaretur eximia Christi charitas, qui tam ar- denti amore vnumquemque nostrum diligit, vt pro cuiusque salute persoluat, quidquid pro vni- uerso hominum genere est factum; Deus pro om- nium salute apprehendit naturam humanam, Christus suo modo hunc hominem pro eius cura- tione apprehendit. Dico suo modo, quia non lo- quitur de vnione hypostatica, quae facta est in Incarnatione, sed pro eo, quod est manu capere; quae Christus hunc hominem tenuit.

In Decalogo praescribens Deus praeccepta non loquitur cum homine in plurali numero, sed in singulari. Non facies tibi sculptile, neq. omnem similitudinem; non adorabis ea, neq. coles. Exod. 20. 5. Non assumes nomen Dei tui in uanum. Et postea: Non occides, non machaberis, non furtum facies. Deus cum uniuerso hominum genere loquebatur. Cur non ait non facietis, non adorabitis, non assumetis, &c. Si locutio est ad omnes, cur per singularare fit sermo, ac si ad vnum tantum diri- geretur? Ita Deus diligit vnum suam legem ob- seruantem, ac omnes eam custodientes, tamque dilectus est Deo vnus legi obediens, ac omnes illam adimplentes; vnde dicitur citato loco Exo- di 2. Ego sum Dominus Deus tuus. Non ait, ego sum Dominus Deus uester, sed tuus: ita gloriatur, quod

Matth. 3.

D. Thom.

Christus po- tius ardens ad nostram salutem, quã ad suam ma- iestatem.

August.

39.

Daniel. 7.

Isai 9.

Isai. 63.

Zachar. 3.

Apocal. 3.

Apocal. 7.

Christus ex- uit se vesti- mentis gloria, vt nos illis induamur.

Abb. Cellen.

40.

Matth. 9.

Maldonat. Caro Christi saluifera.

41.

Hebraeor. 2. Ratio diffi- cultatis. Chrylost.

42.

43.

Exod. 20.

Ita in Dei asimatione est vnus in- finit, ac omnes

Beda. Laymon. Glossa.

Matth. 12.

33.

Euthym. Theophyl.

Scandalum iniquorum contemnen- dums.

Ab iniquo- rum consortio recedat re- center con- uersus.

Theophyl.